



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de**

**Lvgdvni, 1659**

VIII. De Commissarij potestate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

246 *Moralis Theologiae Tract. I. Leges,*

64. *Voueo post Bullam susceptam, potest ne hoc votum virtute Bullæ commutari?* Potest procul dubio, sicut absolui, qui post publicatum iubilatum delinquit.

65. *Voueo item me nunquam commutationem meorum votorum petiturum: potest ne electus Confessorius, hoc non obstante, mea vota commutare?* Potest planè: sed tunc illa vota commutanda in melius.

66. *Num vota extra Sacramentum Confessionis commutare videntur?* Minimè; nam Bullæ textus circa hoc manifeste disponit.

67. *Sub potestate commutandi vota intelligitur ne dispensandi potest?* Non; quia maior ad dispensandum, quam ad commutandum potestas requiritur.

---

C A P V T   V I I I .

*De Commissarij Bullæ Cruciatæ potestate.*

68. *Commissario Bullæ potestas dispensandi in irregularitate addicitur: rogo in quanam irregularitatem dispensari?* In irregularitate procedente ex delicto occulto tum quoad forum interius, tum quoad exterius extra confessionem: Confessorius verò non potest nisi quod ad forum Confessionis. Excipio tamen quatuor irregularitates, in quibus Confessorius dispensari non potest: ortam scilicet ex homicidio voluntario, in qua solus Papa dispensat: ortam ex Simonia reali, & perfecta: ortam ex hæresi, seu apostasia fidei quamvis occultissima: illam denique, quam incurunt male ad Sacros Ordines promoti, si celebrent, qui quidem à die suscepit Ordinis suspensi sunt.

69. *Quoniam in gradu affinitatis potest Commissarius dispensare?* In primo & secundo affinitatis ortæ ex fornicatione, in foro tantum interno conscientiæ, non quidem ut publicè ~~matrimonium~~ fiat cum ritu nuptiali iuxta ordinem à Tridentino prescriptum: sed ut factum cum tali impedimento, & ideo nullum, ratum sit Commissarij dispensatione, & maneat verum. Tunc haud necessum, testes adesse, & Parochum, sed satis nouus utriusque coniugis consensus occulte inter se declaratus.

70. *Quid si post occultam Commissarij dispensationem detegatur illud impedimentum?* Pro foro quidem externo recurrentum ad Papam. Non quod coram Deo matrimonium

nium sit nullum, sed quod externo in foro nullum sit iudi-  
candum.

71. Quānam Bulla conditiones requirit, ut Commissarius possit super hoc dispense? Tres equidem. Prima est, ut ambo contrahentes (aut saltem unus) bona fide contraxerint. Secunda, ut antea ignorans, certus modò sit talis impedimenti. Tertia, ut ex dissolutione matrimonij sequatur scandalum.

72. Potest ne Commissarius dispensare in affinitate exorta ex copula fornicaria cum sua uxoris consanguinea, vel è contra cum consanguineo sui mariti ad petendum debitum, quod petere non poterat? Ita planè.

73. Quid plura? Potest eriam cum paucis, & debitibus personis dispensare ad Sacrum faciendum vna hora ante auroram, & post meridiem.

74. Potest ne in irregularitate orta ex delicto publico dispen-  
sare? Potest in ea scilicet, quam contrahit, v.g. excommunicatus, suspensus, aut interdictus celebrando publicè, aut in-  
terdictum violando. Ita plumbea Bulla.

---

### C A P V T I X.

#### Praxis circa materiam de Bulla Cruciate ex Socie- tatis I E S Y Doctoribus.

75. **A**N necessarium, suscipientem Bullam nomen in illa §. 1.  
scribat? Negatiuè responderet Henriquez lib. 7. c. 20. De sus-  
num. 5. Item Bullam ab amico meo nomine inscriptam accep-  
tionem possum non acceptatam pro me alteri applicare mu-  
tato nomine. Non tamen qui semel applicuit vni, applicare Henriq.  
postea alteri.

76. Scio, patrem, amicum, aut propinquum singulis  
annis pro me Bullam sumere, possum ne ea vii antequam  
tertior siam? Respondet Henriquez apud Villalobos tom. 1. Henriq.  
trat. 27. claus. 12. num. 25. affirmatiuè; quia sufficit certitu-  
do moralis.

77. Bulla ad annum concessa, durat ne anno transacti? Res- §. 2.  
pondet Henriquez lib. 7. cap. 20. num. 2. annum Cruciate ab De du-  
vna publicatione in aliam more Ecclesiastico esse compu- ratione  
randum, ita ut, si transacto anno à prima publicatione, adhuc Bulla.  
secunda Bulla non publicetur, prima interim valeat. Henriq.

Q. 4

78. Publi